



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Amor Deiparæ Virginis Mariæ; Petri Antonii Spinelli
Neapol. Societ. Iesv**

**Spinelli, Pietro Antonio
Colonizæ Agrippinæ, 1620**

Exempla de salutatione Angelica, num. 17. ad 22.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60948](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60948)

oranti apparuit, sicque cum est allocu-
ta, qui Antiphonam *Salve Regina* liben-
ter, ac frequenter decantas, nunquam
tonitrua, neq; fulmina, quorum timore
sapius affigeris, te lædent, & ex eo tem-
pore liberatum se sensit.

Vir quidam nobilis quoniam bonis
operibus studiosè vacabat; & oratio-
nem illam, cuius initium est: *O Inteme-
rata*, in honorem beatissimæ Virginis, &
sancti Ioannis Euangelistæ quotidie re-
citabat, seruatus est à dæmone, qui serui
famulantis habitum, formamque susce-
perat, vt eum à via veritatis auerteret, &
si posset etiam contrucidaret. Verum à
sancto quodam Episcopo deprehensus
est. mox tota re patefacta, fraudeq; fru-
stratus sua, euauit. Vincentius libro 7.
spec. hist. cap. 101.

III.

Per ora-
tionem, O
Intemera-
ta, &c.
quidam à
dæmone li-
beratur.

Beluacen.

EXEMPLA DE SALVTA-
tione Angelica.

17 **B**EATVS Albertus Monachus Cri-
spiniensis Monasterij, qui circa
annum Dorcini 1140. floruit, præter
Psalterium Dauidicum, quod recitabat,
cætius per diem flectebat genua, & quin-
quagies, prostrato quidem corpore, sed
articulis, & digitis subleuato, ad vnam
quam-

I.

B. Albert.

Q

Dei-
certim
editis
in sa-
m B.
supra
a dici-
enib;
dmo-
re mi-
nula-
a Vir-
linem
us ef-
ne, ac
testes
e non
s, que
epcin
quàm
d hac
it 23.
p. 30.
An-
dice-
num,
cum
altare
oranti

quamque gessum curvationem dicebat salutacionem Angelicam. Hæc est vita eiusdem apud Sarium tom. 2. die 7. Aprilis.

II.

Salutationis Angelicæ notis post obitum exornatus, quidam qui uiuens illam sapius iterat.

Ciuis quidam Coloniensis post mortem suæ nepti apparuisse scribitur in splendido habitu, in quo maximè in caligis, & in calceis scriptum erat circumca salutatio Angelica, quam uiuens ad Ecclesiam eundo, vel redeundo, vel in curia sua deambulando frequentissimè ruminabat. Cæsarius libro 12. cap. 50.

III.

Salutatio Angelicæ in folijs arboris progressa ore Monachi illam sæpè iterat, post obitum reperitur.

Miles Veteranus Cisterciensem Ordinem ingressus, præ ingenij iuditate orationem Dominicam nulla ratione addiscere poterat: multo tamen, & diuturno labore salutacionis Angelicæ breuem versiculum inter prandendum ad vnamquamque ferè buccellam illum ruminando memoriæ mandauit, & longo uoluntantam in ipsa salutacione mentis dulcedinem concepit, ut cordi eius, & ori matris Christi memoria indelebiliter adhereret. post cuius obitum in eius tumulo arbor ignoui generis uisa est, cuius folia literis aureis insignita AVE MARIA GRATIA PLENA, notabiliter singula continebant. venit Diocesanus Episcopus, & per effossionem inuenit radicem

cem arboris ex ore Veterani ortum ha-
bere. quod vbi compertum est, arbor illa
in omni-um oculis aruit & defecit. Tho-
mas Cantipratensis lib. 2. apum cap. 29.
part. 9.

B. F. Romęus Hispanus ex Catalunia
Ordinis Prædicatorum, Virginis deuo-
tissimus, iugiter eius sanctum nomen &
laudes canebat, & alijs narrabat: inter a-
lia pietatis exercitia quotidie SALUTA-
TIONEM ANGELICAM certo numero
millies deuotè recitabat: & ne quis error
in numero salutationē incundo contin-
geret, cordulam mille nodis distinctam
habebat, quam in suprema sua ægritu-
dine è manibus nunquam deponebat.
Obijt verò sanctè die primo Nouembris
anni 1261. hæc ex 1. par. Chron. S. Domi-
nici lib. 2. cap. 65.

18. S. Elzearius Comes Ariani, cuius me-
moria in martyrol. die 27. Septēb. recoli-
tur, interrogatus à quodā viro religioso,
quem in precibus suis modum, formam-
que sibi præfigeret, & quem è Sanctis si-
bi præcipuè patronum delegisset? Respō-
dit ille: Equidem Virg. sanctissimam mi-
hi patronam, & aduocatam elegi: cumq;
ad orandum me præparare volo, indig-
nitatem, & vtilitatem meam prius con-
sidero; atque ita Matrigratix me com-

Canti-
pratensis.

IV.

B. F. Ro-
mai Hi-
spani de-
uotio erga
salutatio-
nem An-
gelicam.

Chron. S.
Dominici.

V.

Consola-
tionum
caelestium
vberta-
tem infun-
dendis pre-
cibus S.

Elzearius
per Ange-
licam sa-
lutatio-
nem à Dei
para im-
petrat.

Q 2

men-

mendans eam precor humiliter, ut ea
quæ ipsi, & eius benedicto filio grata sint
ponat in corde, & ore meo: simulq; quæ
ta possum animi pietate semel ei offero
ANGELICAM SALVTATIONEM. ea dicta
nunquam mihi deest noua rerum diuini-
narū materia Hæc in vita eiusdem apud
Surium tom. 5.

Surius.

VI.

*Ab insa-
nabili
morbo li-
beratur
Cisterciē-
sis, qui An-
gelicam
salutatio-
nem pro-
nunciare
consue-
rat.*

Monachus quidam Cisterciensis
nomine Adam in sua pueritia caput ha-
bebat ita scabiosum, vt præ fœtore pu-
redinis scholares cum eo sedere recu-
sarent. Is salutationem Angelicam di-
dicerat, eamq; frequenter recitabat.
Cumq; apud Monasterium Westpha-
liæ eundo scholam, siue ad matutinas
quotidie per quandam Ecclesiam trans-
iret, ante Oratorium in honorem Dei
Genitricis cum tribus uenijs totidem
faciebat salutationes. Nocte quadam
putans pulsatum esse ad matutinas, sur-
rexit tremens, & inuenit Oratorium
clausum: quare tribus vicibus de more
genua flectendo Angelico versiculo Do-
minam nostram salutauit: surgens in-
uenit ostium apertum, & tanta erat in
Ecclesia claritas, vt fulgori meridiano
assimularetur. Viditq; ante maius al-
tare septem matronas residentes, vnam
in medio, quæ cæteris clarior erat, quæ
etiam

etiam ei ad se vocato dixit: Bone puer
 quare non adhibetur cura capiti tuo, re-
 spondit ille Domina iam circa me labo-
 rarunt, sed nihil proficiunt: adiecit illa,
 Ego sum Mater Christi, & Domina hu-
 ius Oratorij, & quia mei memoriam
 habere solitus es, ego & tibi curam ad-
 hibeo, accipe fructus ligni fusilis, &
 fac tibi hodie ex eo lauari caput tribus
 vicibus ante Missam in nomine Patris,
 & Filij, & Spiritus sancti, statimque cu-
 raberis. Deinde eo genuflectente ma-
 num benedictam super eius caput po-
 suit, dicens ab hac hora vsque ad diem
 mortis non dolebit caput. Mulier vero,
 que puerum nutriuit, eis cognitis in
 proxima valle ostensos fructus collegit,
 & caput eius lauit, statimque conualuit:
 nec vnquam postea capitis dolorem est
 passus. Quod in Ordine Cisterciensi
 satis est miraculosum. Casarius libro 7.
 cap. 25.

Casarius.

19 Clericus quidam tamen si seculo de-
 ditus, Deiparam tamen adeo amabat,
 & reuerbatur, vt quotiescunque Ecce-
 siam intraret, vel per eam transiret, nul-
 la vel occupatione, vel obliuione impe-
 diebatur, quin cum omni deuotione, &
 humilitate genuflexo Deiparam salu-
 tatione Angelica honoraret, rursus ge-
 nufle-

VII.
 Deuotus
 B. Virgin.
 quidam
 Clericus
 ab eadem
 in summa
 agritudine

Q 3

nufle-

Angelo nuflexo dicebat: *Beatus venter, qui te*
custode portauit *Christe, & beata vbera, qua te la-*
deprecant- clauerunt *Domini Deum. Is ægritudine*
te sanatur correptus præ dolore linguam, & labia
 dentibus commanducavit: idem de cæ-
 teris membris facturum, si permitteretur.
 cumque lingua & labijs penitus cõsum-
 ptis miserè iaceret, sensibus corporis ex-
 emptus; vidit iuxta lectuli caput perso-
 nam reuerendo aspectu, qui eius Ange-
 lus esse videbatur, & Deiparam proxi-
 grotò enixè interpellabat: apparuit au-
 tem Virgo sanctissima, extractaque v-
 bera visa est protinus immittere in os æ-
 gri, & sancti lactis sui rore infuso, su-
 bitò suæ linguæ integritatem, & labijs
 antiquum decorem, in toto corpore
 pristinam restaurauit sanitatem: reddi-
 tus igitur sensibus surrexit sanus, & in-
 columis; & factam circa se misericor-
 diam, etiam si lingua taceret, repentina
 vitæ, & morum mutatione omnibus cæ-
 pit prædicare. etenim se, & sua diuino
 seruitio mancipans, de cætero duxit vi-
 tam religiosam. Vincentius lib. 7. specul.
 hist. cap. 84.

Vincent.

Beluacen.

VIII.

Saluta-

tionis An-

gelicæ ver-

Salutationis quoque Angelicæ utilitas,
 & efficacitas præcipuè elucet in Satanæ in-
 fidijs, quibus nos impugnat, superandis,
 eiusque viribus retundendis: quod ex
 com-

compluribus, quæ alibi in hoc opere cō-
 gessimus, exemplis, & exijs, quæ iam
 subiiciemus, liquidò apparet, quin etiam
 demon salutationem Angelicam tan-
 toperè perhorrescit, vt cum teste Cæsa-
 rio lib. 3. capit. 6. Demon aliquando Deo
 permittente in loco, vbi quædam reli-
 giosa puella erat loqueretur, & homi-
 num peccata detegeret, nec tamen ab a-
 liquo nisi ab eadem puella videretur,
 postulatus dicere orationem Domini-
 cam, & symbolum fidei, ea quidem re-
 ctè inchoabat, sed tamen postea verba
 invertebat: salutationem veid Angelicā,
 quam se scire profitebatur, ne incipere
 quidem potuit propter honorem Dei
 Genitricis, & sacramentum Dominicæ
 Incarnationis.

20 Puella quædam in domo patris sui
 visibiliter à dæmone terrebarur; cumque
 statuisset ad moniales Ordinis Cister-
 ciensis se conferre, nec à dæmone dissua-
 deri posset, ab eodem ad fenestram sola-
 rij rapta est, indeq; eam præcipitare co-
 nabatur: sed cum Angelicam salutationē
 diceret, dimissa est ab inimico, sibi dicē-
 te: Si in hac hora mulierem illam non
 inuicasses, occidisset te. & hoc dicto
 in maximum canem transformatus de
 fenestra transiit. Hæc puella sancti-

Q 4

mo.

*ba demon
 summope-
 re auersa-
 tur.
 Cæsarius.*

IX.
*Saluta-
 tionem
 Angeli-
 cam pro-
 nuncians
 mulier in-
 fensum si-
 bi dæmonē
 effugauit.*

monialis effesta cum à dæmonibus visibiliter vexaretur, Virginis sanctissima inuocatione ab ipsis se tuebatur. Casarius lib. 5. cap. 44.

X.
Aliud simile exemplum.

Quædam mulier nomine Alheydis apud Bonnam diœcesis Colonienſis, cum aliquam diu cum quodam Sacerdote impudicè vixisset; illeque suspendio se ipse in proprio cubiculo necasset, tanto terrore est correpta, vt in quodam sanctimonialium cœnobio religionis habitum suscepit: verum à dæmone visibili forma die, noctuque vt ad secularem vitam rediret, importunè sollicitabatur. Quæ cum eum à se signo crucis, & aquæ benedictæ aspersione abigere tentaret, & ille quidem ad modicum tempus recederet, sed iterum rediret: tandem à quadam ex sororibus edocta, salutationem Angelicam alta voce in eius faciam inclamauit, ex quo tempore dæmon dira inprecans ei, à quo hoc remedium acceperat, ac si sagitta percussus, vel turbine impulsus esset, auſugit, nec vltra propius accedere præsumpsit, quin etiam sanctimonialis illi tali iaculo munita, dæmonem in posterum absque terrore vidit, ad extremum cuiusdam religiosi viri consilio suorum peccatorum confessione generali Sacerdote

doti facta dæmon ex illa hora nunquam
ab ea visus, vel auditus est. hæc Casarius *Casarius.*
lib. 3. cap. 13.

21 Idem Casarius lib. 7. cap. 26. simile **XI.**
quid narrat euenisse cuidam Conuerso *Simile*
Ordinis Cisterciensis, cui dæmon visi- *exemplum*
biliter se obijciens multis modis cum *de quodã*
terrebat; adeoque ei erat infestus, vt *Cister-*
Conuersus neque crucis signo, neque a- *cienss.*
liqua oratione illum effugare posset. sed
à quodam religioso edoctus, Angelicam
salutationem contra eum protulit, qua
malignus spiritus velut turbine impul-
sus recessit, malè imprecans ei, qui tale
dederat consilium, sicque ab eo est libe-
ratus.

XII.
Matrona quædam Dei Genitrix im-
pense addicta, filios instruebat, vt ipsam
in suis necessitatibus inuocarent, reci-
tando Aue Maria. Huius filia satis erat
dissoluta, vagabunda, & saltatrix, & fru-
stra à matre sæpius est correpta; nam pa-
ter eam diligebat præ cæteris filijs, quod
pulchra esset, & mundana, emitti que ei
vestes pomposas. cui, cum aliquando de-
fessa sub arbore quiesceret, dæmon ap-
paruit, dixitque: Veni mecum, ego enim
sum diabolus, cuius propositum conaris
implere; arma, & rete nostrum ad ani-
mas capiendas. Vnde modo recipies pe-
nam

Q 5

nam

nam pro peccatis tuis, & omnium quos per ornamentum corporis tui ad malas concupiscentias traduxisti: & diabolus statim violenter nitebatur eam rapere. & illa ex institutione matris clamavit, dicens: Virgo Maria adiuua me, & statim clara voce dixit: Ave Maria gratia plena, &c. Respondit diabolus: Maledicta sit, quæ hanc orationem te docuit; quam si non dixisses, ad inferni incendium te traxissem, vbi cum tuis æqualibus pœnam condignam pro omnibus, quos ad peccandum traxisti, inuenisses. quæ postea nunquam amplius chorizavit, vestes pomposas deposuit, vitam, & mores humiliter emendavit, & B. Virgini amplius vsq; ad mortem seruiuit. hæc ex Doctore Iacobo de Paradiso Carthusiano apud Specul. Exempl. distinct. 9. num. 107.

*Speculum
exemplor.*

XIII.

*Angelicã
salutatio
nẽ quoti-
diẽ pronũ
cians mi-
les: à de-
mone qui
quatuor-
decim an-*

22 Cum quidam miles Virginis studiosissimus, quam singulis diebus salutare consueverat, nec ab ea consuetudine vllò vnquam impedimento recedebat, castrum possideret in publica via situm, & viatores, quoscuq; prædaretur, eosque bonis spoliaret suis. Accidit aliquando, vt vir quidam religiosus, ac pius illac iter faceret, quem grassatores illi spoliare volebant.

Hic

Hic ille prædones impensè rogare, vt nos ipsum
 sese ad eorum ducem tantisper sisterent, *obsederat,*
 velle cum eo quædam secreta commu- *liberatur.*
 nizare, à quo tandem petijt, vti sibi ad v-
 niuersos, qui ex sua familia, castro ve ef-
 sent co-uocatos, Verbum Domini ha-
 bere liceret. accersuntur, & accurrunt v-
 niuersi. Porro vir sanctus vnum è mul-
 tis desiderari pronunciat: vniuersi verò
 adesse omnes astruunt; exclamat vnus,
 solum cubicularium deesse. Mittitur, qui
 hominem in concionem producat, qui
 vbi virum sanctum procul aspexit, cœpit
 oculos inuerrere, rotare caput more de-
 mentium, denique obluetari, nec pro-
 pius accedere audebat. Hic sanctus ad-
 iuro te, inquit, per nomē Domini nostri
 IESV CHRISTI, vt quis sis, nobis edisse-
 ras, & quam ob causam huc veneris palā
 pandas: ille Christi imperio coactus,
 p-
 ofiteretur se dæmonem esse sub humana
 specie quatuordecim annis cum milite
 hoc fuisse, atque se eo consilio à princi-
 pe tenebrarum missum, vt diligenter ob-
 seruaret, num aliquo die Miles piam il-
 lam saluandæ Virginis consuetudinem
 intermitteret. Quam si vel vno intermi-
 sisset die, futurum fuisse aiebat, vt eius
 strangulandi, animæque ad inferos per-
 trahendæ potestas sibi permitteretur:

se in famuli speciem quatuordecim annis illum obseruasse, nec vllum vnquam abijisse diem, quo miles Deiparā de more non salutauerit. Atque hæc omnia cum planè cognouisset Grossator Miles ad sancti viri pedes proiectus, suorum scelerum veniam petijt, ac vitæ suæ rationem correxit, seq; ad pietatem reuocauit. Vir autem sanctus Christi imperio dæmonē protinus abscedere iussit in locum vnde ijs, qui Virginem Deiparam inuocant, nihil prorsus damni inferre audeat; quibus dictis dæmon euaznuit.

*Jacobus de
Voragine
Speculum
exempl.*

Hæc Jacobus de Voragine in festo Annuntiationis B. Virginis, & refertur in Speculo Exemplorum dist. 8. n. 60.

CAPVT